Optant enim res nouas huiuſmodi homines,tyrannidémque vel ſibiipſis,vel alteri affectant,quemadmodum Hippar Dionyſium Syracuſis, & Amphiboli Cleotimus Chalcideſes colonos ſuperinduxit,& cùm veniſſent,ſeditionem cum illis contra diuites fecit, & in Aegina qui negotium id Chariti Athenienſi fecerat,res nouas molitus eſt,propter huiuſmodi cauſam.Hi ergo homines conſumptis patrimoniis, aut res nouas commouent, aut rempublicam furtis expilant, itaque ſeditiones aut ab ipſis aut ab illis concitantur,qui eorum furta non tolerant: vt Apolloniæ quæ eſt in Ponto accidit. Concors verò ſi ſit paucorum gubernatio,ex ſeipſa non facilè interit. Huius ſignum eſt apud Pharſalum vrbem reipublicæ ſtatus: pauci ſiquidem in ea ciuitate gubernatores, multorum ſunt domini, quia ipſi inter ſe rectè ac debito more ſe gerunt. Euertuntur etiam, quando in paucorum gubernatione aliam paucorum gubernationem efficiunt: id eſt quando eorum, ad quos pertinet gubernatio reipublicæ, qui pauci ſunt, ſelectio quædam fit, neque habilitas eſt omnibus ad maximos magiſtratus, dignitatéſque poſſe aſſumi. Quod apud Elidem vrbem quandoque contigit.nam cùm paucorum eſſet gubernatio reipublicæ, admodum pauci eorum ad ſenatorium ordinem, quæ erat perpetua dignitas,peruenire poterant, ob id quòd erat potentium hic ordo ac perſimilis Lacedæmoniorum ſeſenatui.Fit autem mutatio gubernationis paucorum & in bello,& in pace. In bello quidem,quod populo diffidentes,conducto milite vti compelluntur, & qui illis præficitur, ſæpe tyrannus euadit: vt Corinthi Timophanes, quòdſi plures præficiuntur, ipſi ſibi potentiam parant,interdum verò iſta formidantes qui regũt, populum recipiunt ad reipublicæ communionem, quoniam neceſſitas cogit populo vti. In pace autem propter diffidẽtiam, quam inter ſe habent, conductis militibus cuſtodiam tradunt, præficiúntque illis virum aliquem, qui ad neutram partem magis inclinare videatur,at iſte ſæpe fit dominus partis vtriuſque,quod accidit in Lariſſa vrbe Leucadenſibus, qui circa Samum rempublicam tenentibus,& apud Abydum tempore ſodalitatum, qua um erat Iphiadæ. Oriuntur etiam ſeditiones per excluſionem aliorum ab aliis factam, eorum ipſorum qui ſunt in paucorum gubernatione, quando de nuptiis, vel de iudiciis concertant,quemadmodum de nuptiis ſuprà diximus.In Eretria paucorum gubernatio

A καὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι καινοτομεῖν ζητοῦσι· καὶ ἢ τυραννίδι ἐπιτίθενται αὐτοὶ, ἢ κατασκευάζουσιν ἕτερον· ὥσπερ [ὁ] Ἱππαρῖνος Διονύσιον ἐν Συρακούσαις· καὶ ἐν Ἀμφιπόλει, ᾧ ὄνομα ἦν Κλεότιμος, τοὺς ἐποίκους τοὺς Χαλκιδέων ἤγαγε· καὶ ἐλθόντων, διεστασίασεν αὐτοὺς πρὸς τοὺς εὐπόρους. καὶ ἐν Αἰγίνῃ ὁ τὴν πρᾶξιν τὴν πρὸς Χάρητα πράξας, ἐνεχείρησε μεταβαλεῖν τὴν πολιτείαν διὰ τοιαύτην αἰτίαν. B ὁτὲ μὲν οὖν ἐπιχειροῦσί τι κινεῖν, ὁτὲ δὲ κλέπτουσι τὰ κοινά· ὅθεν πρὸς αὐτοὺς στασιάζουσιν οὗτοι, ἢ οἱ πρὸς τούτους μαχόμενοι κλέπτοντας· ὅπερ ἐν Ἀπολλωνίᾳ συνέβη τῇ ἐν τῷ Πόντῳ. ὁμονοοῦσα δὲ ὀλιγαρχία, οὐκ εὐδιάφθορος ἐξ αὑτῆς. σημεῖον δὲ ἡ ἐν Φαρσάλῳ πολιτεία. ἐκεῖνοι γὰρ, ὀλίγοι ὄντες, πολλῶν κύριοί εἰσι, διὰ τὸ χρῆσθαι C σφίσιν αὐτοῖς καλῶς. καταλύονται δὲ, καὶ ὅταν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ ἑτέραν ὀλιγαρχίαν ἐμποιῶσι. τοῦτο δ᾽ ἐστὶν, ὅταν τοῦ παντὸς πολιτεύματος ὀλίγου ὄντος, τῶν μεγίστων ἀρχῶν μὴ μετέχωσιν οἱ ὀλίγοι πάντες· ὅπερ ἐν Ἤλιδι συνέβη ποτέ. τῆς πολιτείας γὰρ δι᾽ ὀλίγων οὔσης τῶν γερόντων, ὀλίγοι πάμπαν ἐγίνοντο, διὰ τὸ ἀϊδίους εἶναι, ἐνενήκοντα ὄντας· τὴν δὲ αἵρεσιν δυναστευτικὴν εἶναι, καὶ ὁμοίαν D τῇ τῶν ἐν Λακεδαίμονι γερόντων. γίγνεται δὲ μεταβολὴ τῶν ὀλιγαρχιῶν καὶ ἐν πολέμῳ, καὶ ἐν εἰρήνῃ. ἐν μὲν πολέμῳ, διὰ τὴν πρὸς τὸν δῆμον ἀπιστίαν, στρατιώταις ἀναγκαζομένων χρῆσθαι. ᾧ γὰρ ἂν ἐγχειρίσωσιν, οὗτος πολλάκις γίγνεται τύραννος· ὥσπερ ἐν Κορίνθῳ Τιμοφάνης. ἂν δὲ πλείους, οὗτοι αὑτοῖς περιποιοῦνται δυναστείαν· ὁτὲ δὲ ταῦτα E δεδιότες, μεταδιδόασι τῷ πλήθει τῆς πολιτείας, διὰ τὸ ἀναγκάζεσθαι τῷ δήμῳ χρῆσθαι. ἐν δὲ τῇ εἰρήνῃ, διὰ τὴν ἀπιστίαν τὴν πρὸς ἀλλήλους, ἐγχειρίζουσι τὴν φυλακὴν στρατιώταις καὶ ἄρχοντι μεσιδίῳ, ὃς ἐνίοτε γίνεται κύριος ἀμφοτέρων. ὅπερ συνέβη ἐν Λαρίσῃ ἐπὶ τῆς τῶν Ἀλευαδῶν ἀρχῆς τῶν περὶ Σάμον. καὶ ἐν Ἀβύδῳ ἐπὶ τῶν ἑταιρειῶν F ὧν ἦν μία ἡ Ἰφιάδου. γίνονται δὲ στάσεις καὶ ἐκ τοῦ περιωθεῖσθαι ἑτέρους ὑφ᾽ ἑτέρων, τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ αὐτῶν· καὶ καταστασιάζεσθαι κατὰ γάμους, ἢ δίκας οἷον, ἐκ γαμικῆς μὲν αἰτίας, αἱ εἰρημέναι πρότερον. καὶ τὴν ἐν Ἐρετρίᾳ δ᾽ ὀλιγαρχίαν